qualia quidem efficaciora ex *Lithontripticorum* Tabulis ſequentia depromimus, nimirum *Radices Allii, Urticæ, Raphani ruſticani, Filipendulæ, Folia Bupleuri, Virgæ aureæ cum floribus, Scordii, Hederæ terreſtris, Baccæ Alkekengi, Semina Milii Solis, Naſturtiorum, Geniſtæ, Xanthii, Thlaſpios, Ozymi, Raphani, Ceparum, Baccæ Hederæ arboreæ, Millepedes ppti, Pulvis Lithonthripticus Auguſtanus, Eſſentia Lithonthriptica Rolfincii, Cineres Lumbricorum, Spiritus Urinæ, Sanguinis Leporis, Cineres Erinacei terreſtris, Pulvis Calculorum humanorum*, in quorum tamen uſu cautè eſt procedendum, certusque ſis oportet de Calculi naturâ, ſi enim durioris ſit texturæ, plus omninò iiſdem noceremus, quàm prodeſſemus, quoniam duriores Calculi ejuſmodi generoſis remediis, quæ ſimul pellendi vim obtinent, magis moverentur, ſicque dolorem longè intenſiorem excitando, fibrillasque, quas penetrare cupiunt, dilacerando, promptè Gangrænam, Sphacelum, ac inſequentem mortem accelerarent. Quales equidem Obſervationes non paucæ apud Practicos occurrunt.

CAPUT XXIX.

De Remediis Hyſtericis.

§. 1.

UTerina vel *Hyſterica* Remedia ea appellari poſſunt, quæ variis Uteri Affectibus medentur, & cum Affectus tales ſubindè ſint contrarii, materia quoque taliumPharmacorum ſibi invicem oppoſita erit. Atque hæc eſt cauſa, cur inter Uterina remedia referamus non ſolùm *Emenagoga*, ſed & *Menſes Obſtruentia*, quæ ſcilicet nimium Menſium fluxum vel cohibent, vel moderantur; Quibus dein adduntur ea, quæ *Quid hyſterica medicamina.*

ſuffocationes Uterinas ſive Paſſiones hyſtericas emendant & ſedant, ut &, quæ fœtum in Utero exiſtentem confortant, aut etiam partum ſuo tempore facilitant, & ſecundinas cunctantes expellunt.

Emmenagoga. §. 2. Primi ergo generis *Uterina*, ſunt *Emmenagoga*, ſive *Menſes moventia*, quæ nimirum ſuppreſſum vel imminutum Menſium fluxum denuò ſuſcitant, & naturali vigori reſtituunt. Inſtituti noſtri non eſt, heic de Menſtrui fluxûs naturâ, origine & cauſis diſſerere, quandoquidem hæc tractatio ad Phyſiologiam & Pathologiam propriè pertinet. Obiter tamen & vel verbo ſolùm monitum volumus, ad Menſium naturalem fluxum requiri partim ſanguinis debitam craſin, menſtruo quovis tempore, determinatâ quâdam ac certâ ratione ita turgeſcentem, ut hinc per hiantia Uteri, aut Vaginæ potiùs Uterinæ vaſa, quicquid ſuperfluum eſt, exſudare queat; partim debitam Vaſorum in Uteri Vaginâ ſanguiferorum conformationem & texturam talem, quâ vaſcula minima apta ſint, tempore menſtruæ fermentationis ſeſe aperiendi aut hiandi, ſicque laticem Sanguineum onere ſuperfluitatum liberandi.

Materia eorum. §. 3. Materia hinc *Emmenagogorum* medicaminum iis conſtabit particulis, quibus vel Orgaſmus ille menſtruus redintegrari, vel textura vaſorum partis affectæ nimis craſſa aut tenſa laxari, & tenerior reddi poſſit. Illud præſtare valent partim *interna*, partim *externa* Remedia, hoc autem vix niſi *externa*.

§. 4. Quod itaque Remediorum horum Materiam attinet, è tribus illa Medicaminum *Regnis* peti ſolet; ubi *Vegetabile* quidem ſuppeditat, *Radices Ariſtolochiæ rotundæ veræ, Mei, Bryoniæ, Dictamni, Galangæ, Zedoariæ, Petaſitidis, Vincetoxici, Aſparagi,*

ragi, Apii, Fœniculi, Urticæ, Petroselini, Rusci, Herbas & *Aquas* inde destillatas *Abrotani, Matricariæ, Melissæ, Marrubii albi, Polii montani, Pulegii, Artemisiæ, Rorismarini, Serpilli, Veronicæ, Betonicæ, Dictamni Cretici, Sabinæ, Flores Anthos, Genistæ, Calendulæ, Cheiri, Summitates Virgæ aureæ, Absynthii. Anethi, Centaurii minoris; Aromata omnia,* quibus adduntur *Crocus, Baccæ Lauri & Juniperi, Borax Veneta, Vitriolum Martis, Crocus Martis aper. Mater perlarum ppta, Specificum cephalicum Michaelis, Castoreum pptum, Bezoardicum martiale & joviale, Fœculæ Radicis Pœoniæ* vel *Bryoniæ, Testiculi equini ppti, Trochisci de Myrrhâ, Salia volatilia quævis; Extracta Castorei, Galangæ, Myrrhæ, Artemisiæ, Zedoariæ, Splenis Bovis, Croci, Sabinæ, Centaurii minoris, Succus Aloës, Aquâ Hysterica Sennerti* vel *Ludovici, Aqua Cinamomi, vitæ Mulierum, Balsamus Embryonum, Spiritus Salis armon. simplex,* aut *oleosus,* nec non *Spiritus volatilis* qualiscunque alius; *Essentia Succini, Croci, Myrrhæ, Castorei, Asæ fœtidæ, Sabinæ, Artemisiæ, Tinct. Castorei cum spiritu Salis arm. parata, Tinctura Martis aperitiva, Corallorum & Antimonii, Elixiria Uterina Crollii, Rolfincii, Mœbii, Pilulæ* quævis *aloëticæ*, è quibus sequentes aut similes Formulæ parari poterunt, v. gr.

℞. *Radic. Urtic.*
Mei
Galang.
Vincetox. ana ʒij.
Herb. Puleg.
Artemis.
Meliss.
Summit. Cent. min. ana Mß.
Flor. Calendul. P. ij.

Bacc. Laur. ℥iß.
Salis Absynth. ℥j.
Croc. orient. ver.
Cinam. elect.
Cass. lign. ver. ana ℈ij.
Limat. Mart. in nodul.
ligat. ℥iß.

Inc. & cont. insuantur Nodulo ex syndone, cui affunde Vini albi veteris Mj. *& Mensuram dimidiam* Aquæ fontanæ, stent per xxiv. horas, aut per biduum in digestione leni, postmodum Colatura filtrata detur usui, de qua m. ac v. bihorio ante pastum ℥ij. vel iij. bibantur.

Vel ℞. *Rad. Aristol. rot. ver.*
Gentian. cruciatæ,
Vincetoxic.
Zedoar.
Rhabarb. Monach. ana ℥iiß.
Herb. Artemis.
Betonic ana Mj.
Bacc. Laur. ℥iiß.
Croc. pulveris.
Cortic. Winteran.
Borac. Venet. ana ℥j.
Sacch. cand. alb. ℥ij.

Inc. & contus. insuantur Nodulo, cui superaffundatur Vini albi veteris ac Aquæ fontanæ ana ℔iß. Stent per triduum infusa, postmodum de Colaturâ hauriantur m. ac v. ℥iij. vel iiij.

Vel ℞. *Limat. Chalyb. in petiâ ligat.* ℥ß.
Herb. Puleg. Mj.
Rorismarin.
Artemis.
Sabin. ana P. ij.
Cinam. elect. ℥ij.

Cortic.

Cortic. Aurant.
Croc. opt.
Macis.
Salis Absynth. ana ℈ij.
Sacch. opt. ℥iij.

Incisa & contusa tenuiter immittantur Ollæ vitreatæ novæ, superaffundendo Vini albi veteris & Aquæ fontanæ ana Mß. *Muniatur Olla & cooperiatur probè, stent postea spatio tridui, ac dein m. & v.* horâ ante pastum iv. vel v. *cochlearia capiantur.* Remedium est ex parte Celeberr. Dn. D. Wepferi Medic. Scaph. p. m. ac multiplici experientia probatum.

§. 5. Notandum verò, *Emmenagogis* subinde magnâ cum ratione adjungi Remedia *purgantia*; hinc est, quòd in Medicâ Praxi subinde observetur, Menses egregriè fuisse ab *Infusis Medicatis* provocatos, quem in finem:

℞. *Rad. Mei sive Mutellinæ,*
Aristol. rot. ver. ana ʒij.
Asar.
Cyclamin. ana ʒß.
Cortic. Aurant. ʒj.
Herb. Meliss.
Veronic. ana Mj.
Sabin. P. ij.
Bacc. Laur.
Junip. ana ʒj.
Fol. Senæ mundat. ʒvj.
Rhabarb. elect. ʒiiß.
Agaric. trochiscat. ℥ß.
Cass. lign. ver. ℈iiij.
Borac. venet. ʒj.

Incisa & contusa insuantur Nodulo ex syndone rubro, affunde Vini albi veteris Mj. *Aquæ fontanæ* Mß. *stent per noctem, hinc quotidie mane Cyathus*

℥v. *vel* vj. *hauriatur pro dosi, & horæ spatio post semper Jusculum sumatur.*

Vel ℞. *Radic. Apii*
Fœnicul. ana ʒiiß.
Galang.
Zedoar. ana ʒj.
Herb. Meliss.
Puleg.
Serpill. ana Miß.
Flor. Anthos,
Calendul. ana P. ij.
Croci ʒj.
Scoriar. Ferr. ℥iß.
Fol. Sen. mundat. ℥j.
Rhabarb. elect.
Fibr. Rad. Helleb. n. ana ʒiß.
Cinam. opt. ℈iiij.
Salis Cent. min. ℈ij.
Semin. Fœnic. ʒiß.

Inc. & contus. insuantur Nodulo ex syndone albâ, affunde Vini & Aquæ ut supra, & simili quoq; modo in usum voca.

Euporiston Muliercularum nostrarum ad ciendos Menses sequens est:

℞. *Scoriarum Ferr.* ℥j.
Radic. Galang. ʒiij.
Bacc. Laur. ℥ß.
Cinam. opt. ʒiß.
Croc. orient. ℈ij.

Inc. & cont. insuantur Nodulo, cui affunde Vini albi veteris ℔ij. *ac inde singulis Mensis primus haustus bibatur.* Quibus Alvus segnior est, iis adhuc aliquid de *Rhabarbaro v. gr.* ʒj. vel ʒij. *ad* ℥ß cum ℈ij. *Salis Absynthii* admisceatur.

§. 6. Quæ verò Mulierculæ Remedia sicca magis

gis desiderant, iis vel *Pulveres*, vel *Boli* sequentem in modum parari possunt, v. gr.

℞. *Trochisc. de Myrrh.* ʒiß.
Cass. lign. ver. ʒj.
Croc. orient. ℈j.
Extract. Castor. gr. iij.
Ol. Puleg. destill. gtt. ij.

M. F. Pulv. subt. Cujus dosis à ℈j ad ʒß. m. ac v. instante Mensium tempore sumatur.

Vel ℞. *Diaphor. mart.* ℥ß.
Fœcul. Bryon.
Cinam. acut. ana ʒj.

M. F. Pulv. subt. in xvj. *dos. æq. divid. m. ac v.* cum *Syrupo Cinam.* & *Aqu. Florum Tiliæ* sumendos; Corpus per horæ spatium inde semper moderatè exercendo.

Vel ℞. *Fœcul. Bryon.*
Aron. ana ʒj.
Croc. Mart. aperit.
Ocul. 69. *ppt. ana* ℈iiij.
Cass. Lign. ver.
Croc. orient. ana ʒß.
Borac. Venet. ℈j.

M. F. pulv. subt. cujus ʒß. *m. ac v.* cum *Aquâ Liliorum alborum* & *Cinamomi* capiatur.

Vel ℞. *Diaphor. jovial.*
Ebor. ppt. ana ℈iiij.
Cinam. opt. ℈ij.
Macis.
Pulv. fol. Sabin.
Croc. orient. ana ℈j.
Sacch. penid. ʒii℈j.

M. F. Pulv. subt. in x. *dos. æq. divid. ad chart.* Sumantur ut suprà.

Vel ℞. *Antimonii diaphor.* ʒj.

Testicul. equin. ppt.
Borac. Venet. ana ʒß.
Cass. Lign. ver. ℈j.
Radic. Zedoar.
Croc. orient. ana ℈ß.
Sacch. cand. alb. ℈ij.
M. F. Pulv. subt. in viij. *dos. æq. divid. ad ch.*
De quibus m. ac v. una capiatur.

Vel ℞. *Diaphor. mart.* ℥ß.
Flor. Salis arm. hæmatit.
Trobisc. de Myrrh. ana ʒj.
Cass. lign. ver. ʒß.
Extract. Castor. gr. iiij.
Ol. Cinam. destill. gtt. iij.
Syr. de Artemis. q. s.
M. F. Pilulæ gr. ij. *pondere, conspersæ pulvere Cinamomi d. ad scat.* Inde mane ac vesperi viij. vel x. cum *Aquâ Melissæ* & *Cinamom.* capiantur.

Vel ℞. *Pulv. cachect. Quercet.* ℥j.
Cass. Lign. ver.
Diaph. martial. ana ʒij.
Sacch. cand. alb. ℥ß.
M. F. Pulv. subt. d. ad scat. sumatur m. ac v. ʒj.

Vel ℞. *Conserv. Betonic.* ℥j.
Cochlear.
flor. Cent. min. ana ʒß.
Diaphor. martial. ʒj.
Cortic. Winteran.
Pulv. fol. Sabin. ana ʒß.
Croc. orient. ℈j.
Nuc. Indic. condit. ʒj.
Syr. de Cinam. q. s.
F. Mixt. ad formam Opiatæ, de qua mane, sub vesperam, & noctu capiatur Nucis avellanæ majoris quantitas.

§. 7. Sunt

§. 7. Sunt Fœminæ, quæ *Essentiis*, *Tincturis*, aut *Elixiriis* magis delectantur; iis ergo sequentes formulæ ordinabuntur, v. gr.

℞. *Elix. uterin. Croll.* ℥ß.
Essent. Succin. ʒj.
Aq. Meliss. ℥ij.

M. ad Vitr. ac inde m. ac v. ij. vel iij. cochlearia pro dosi capiantur.

Vel ℞. *Aq. Puleg.*
Veronic.
Artemis. ana ℥j.
Syrup. de 5. radic. ʒvj.
Aq. Vit. Mulier. ℥ß.
Elix. uterin. Rolfinc. vel
Mœb. ʒiij.
Essent. carmin. ʒj.
Rotul. Man. Chr. simpl. ʒij.

M. ad Vitr. Capiatur per cochlearia, ut suprà.

℞. *Aq. Marrub. alb.*
Rorismarin. ana ℥j.
hysteric. Ludovic. ℥ß.
Bals. Embryon. ʒvj.
Essent. Zedoar. ʒß.
Syr. Violar. ʒvj.

M. ad Vitr. Usus ut suprà.

Vel ℞. *Aq. Meliss.*
Veronic.
Lil. alb. ana ℥j.
Syr. aperit. ʒvj.
de Cinam. ʒiij.
Tinct. Castor. cum spir. Sal. arm. par. ℈ij.
Essent. Succin.
Croc. ana ℈j.

M. ad Vitr. Sumantur m. ac v. cochlearia duo plena.

Vel ℞. *Spir. Salis arm. urinoſ.* ℥iß.
Volat. C. C. ℥ß.
M. ad Vitr. Dentur xv. gtt. pro doſi.
Vel ℞. *Spir. Salis arm. aniſat.*
Tinct. Succini ana ℥j.
Eſſent. Caſtor.
Aqu. Cinam. ana ℥ß.
M. ad Vitr. Doſis xx. *ad* x. *gtt. m. ac v.*
Vel ℞. *Spir. volat. oleoſ. Sylv. aut*
Michael. ℥ij.
Eſſent. Myrrh.
Succin. ana ℥ß.
Croc. ℈j.
M. ad Vitr. Doſis ut ſuprà.
Vel ℞. *Tinct. Mart. aperitiv.* ℥ij.
Antimon.
Eſſent. carminat. ana ℥j.
Caſtor.
Zedoar. ana ℥ß.
M. ad Vitr. Doſis xv. *ad* xx. *gtt. m. ac v. cum convenienti vehiculo.*

Emenagoga pro Biliosis.

§. 8. In *Bilioſis* naturis quandoque ad fluxum Menſium procurandum, nil magis convenire notamus, quàm *Acidularum* inprimis *Sualbacenſium*, *Spadanarum*, aliarumve potum, ſi *Balnei* alicujus *Mineralis* non adeo *ſulphurei* uſus ſuper accedat. In *Pituitoſis* verò, aliisque Complexionibus ab *Acidulis* eſt ſibi cavendum, & potius *Thermæ ſulphureæ* in uſum trahenda, non neglectis tamen internis convenientibus Medicamentis.

Remedia nimium fluxum ſiſtentia.

§. 9. Remedia *Menſium*, vel etiam *Lochiorum nimium Fluxum ſiſtentia* ſimiliter & *interna* ſunt & *externa*. Ad *externa* præter *Unguentum de Comitiſſa* lumbis atque pubis regioni applicandum, referre etiam

etiam licet *Venæsectiones*, *Cucurbitulas* cum *Scarificatione*, *Artuum ligaturas*, *Corporis denudationes*, *Hæmatitis Lapidis*, *Chalybis*, *Crystalli*, aliusve rei frigidæ intra volas manuum prehensiones; *Cataplasmatis* ex *Bolo Armenâ*, *Terrâ sigillatâ* ac *farinâ volatili* cum *Aceto facti*, ac frigidi in Pubis regione applicationem, & si quæsunt alia.

§. 10. *Interna* sistentia ex *Adstringentium* Tabulâ peti possunt, sed ea tamen inde seligi debent, quæ vel Utero adhuc specificè sunt dicata, vel saltem eidem non adversa, quemadmodum credimus esse *Radices Caryophyllatæ*, *Bistortæ*, *Tormentillæ*, *Consolidæ majoris*, *Plantaginis*, *Millefolii*, *Cortices Granatorum*, *Tamaricis*, *Herbas Saniculæ*, *Pyrolæ*, *Plantaginis*, *Auriculæ muris*, *Folia Pyri arboris* & *Quercûs*, *Polygoni*, *Equiseti*, *Myrti*, *Cupressi*, *Flores Cichor. alb. Sanicul. Salviæ sylv. Balaustiorum*, *Rosarum albar. & rubrarum*, *Semina Plantaginis*, 4. *frigida majora*, *Papaveris*, *Amygdalæ dulces*, *Pineæ*, ac *Pistacia*, *Muscus globosus Cynosbati pulverisatus*, *C. C. ustum*, *Putamina Ovorum calcinata* & *pulverisata*, *Ichtyocolla*, *Unicornu fossile*, *Corallia rubra* vel *alba ppta*, *Mater Perlarum ppta*, *Lapis Hæmatites pptus*, *Bolus Armena*, *Terra sigillata*, *Lemnia*, *Catechu*, sive *Japonica*, *Vitriolum Martis*, *Hypocistis*, *Sanguis Draconis*, *Crocus Mart. adstringens*, *Aquæ Plantarum* suprà dictarum, ut *Aqua Lactucæ*, *Bursæ Past. Endiviæ*, *Urticæ*, *Nymphææ*, *Portulacæ*, *teneriorum Quercûs*; *Syrupi Cydoniorum*, *Myrtin. Berberum*, *Rubi idæi*, *Ribium*, *de Nymphæâ*, *Ceras. acid. de Agrestâ*, *Limon. Plantagine*, *de Rosis siccis*; *Conserva flor. Tunic. Cichor. alb. Hormini*, *Rosarum rubrarum*, *Violarum*, *Foliorum Myrt. Plantag. Burs. past. Extractum Tamaricis*, *Lacchalybeatum*, *Essent. Catechu*, *Tincturæ stypticæ*, & id genus; E quibus sequentes

ſequentes vel ſimiles Formulæ concinnari & ordinari poterunt: v. gr.

℞. *Aq. Plantag.* ℥iß.
Tormentill.
Polygon. ana ℥j.
Syr. Cydonior.
Myrtin. ana. ℥ß.
Corall. rubr. ppt.
Lapid. Hæmatit. ppt. ana ʒß.
Sang. Dracon. ver. ℈j.

M. ad Vitr. Sumatur duobus hauſtibus ſpatio trium aut ſex horarum.

Vel ℞. *Aq. fol. Quercûs.*
Endiv.
Burſ. Paſtor. ana ℥iß.
Syr. Ribium.
Corallor. ana ℥ß.
Unicorn. foſſil.
Bol. Armen. ppt. vel
Terræ ſigillat. ana ℈iß.
Eſſent. Opii liquid. gtt. xii.

M. ad Vitr. Sumatur viii. horarum ſpatio integrè.

℞. *Conſerv. Roſ. rubr.*
Plantag. ana ℥j.
Conditur. Nuc. moſcat. ʒiij.
Cynoſbat. ʒij.
Confect. Hyacinth. incompl. ʒij.
C. C. uſti,
Matr. Perl. ppt.
Croc. Mart. adſtring. ana ʒß.
Syr. Plantag. q. ſ.

F. Mixt. ad formam Opiatæ. De quâ ſæpiùs Nuciſtæ magnitudo capiatur.

℞. *Con-*

Vel ℞. *Conserv. flor. Borrag.*
Violar. ana ʒvj.
Conditur. Cynosbat.
Cydon. ana ʒij.
Terr. Lemn. ppt.
Diaphor. mart. ana ʒj.
Essent. Catech. ℈ij.
Syr. flor. Tunic. q. s.
M. F. Electuar. D. ad Oll. Usurpetur dosi Nucistæ magnitudinis sæpius.

Vel ℞. *Amygdal. dulc. rec. excort.* ℥ß.
Semin. Melon.
Cucurbit.
Lactuc.
Papav. alb. ana ʒiß.
Aq. Polygon. ℥ijij.
Burs. pastor.
Plantag. ana ℥ij.
F. l. a. Emulsio, cui adde
Unicorn. fossil.
C. C. ust. ana ʒj.
Sacch. rosat. ℥ß.
M. ad Vitr. Hauriatur spatio x. horarum per plures haustulos.

Vel ℞. *Amygd. dulc. rec. excort.* ʒvj.
Semin. Cucum.
Pepon. ana ʒij.
Aqu. Plantag.
Torment.
Borrag. ana ℥ij.
Aqu. tener. fol. Querc.
cardiac. officin. ana ℥iß.
F. l. a. Emulsio, cui adde
Syr. de Nymph. ℥ß.
Ebor. ust. ppt.

Matr.

Matr. Perl. ppt. ana ℈ij.
Antimon. diaphor.
Ocul. 69. *ppt. ana* ℈j.

M. ad Vitr. pro iij. *dosibus spatio* xij. *horarum sumendis.*

Vel ℞. *Bol. Armen. ppt.*
Musc. Cynosbat. ana ʒj.

M. f. Pulv. subt in iij. *dos. æq. dividend. & cum Aquâ Plantaginis singulis* 4. *horis illarum una sumenda.*

Vel ℞. *Terræ sigillat.*
Flor. Balaust.
Unicorn. fossil. ana ʒj.
Succ. Catech. ℈j.
Sacch. cand. alb. ʒiß.

M. F. Pulv. subt. in vj. *dos. æq. divid. ad chart. & sumendas ut supra.*

Vel ℞. *Pulv. radic. Torment.* ʒj.
Bistort.
Malicor.
Croc. Mart. adstring.
Lapid. Hæmapit. ppt. ana ʒß.
Nuc. moscat. ℈ß.
Sacch. penid. ʒiij.

M. f. Pulvis detur ad scat. Ac inde singulis tribus horis sumantur ℈ij. cum Liquore convenienti.

Vel ℞. *Bol. Armen. ppt.*
Unicorn. fossil.
Corall. rubr. ppt.
Sang. Dracon. ver. ana ʒß.
Laudan. opiat. gr. ij.

M. F. Pulv. subt. in iiij. *dos. æq. singulis* vj. *horis exhibendas.*

Vel ℞. *Tinct. Mart. adstring.* ʒij.

D. ad Vitr. dosis gtt. xij. *ad* xv. *cum Aq. flor. Acac. sumendæ.*

Vel

Vel ℞. *Tinct. Corallor.* ʒiiß.
Mart. adstring ʒß.
M. ad Vitr. Dosis ut suprà.
Vel ℞. *Tinct. Corallor.* ʒiij
Lapid. Hæmatit. stypt. ℈ij.
Essent. Catech. ℈j.
M. ad Vitr. Dosis ut suprà.
Vel ℞. *Tinct. antiphthisic.* ʒiij.
D. ad Vitr. Dosis à gtt. xv. ad xx.
Vel ℞. *Essent. traumatic.* ʒiiß.
Tinct. Mart. adstring. ʒj.
M. ad Vitr. Dosis à gtt. xx. *ad* xxv.
Vel ℞. *Tinct. Mart. cydoniat.* ʒiiß.
Corallor. ʒj.
M. ad Vitr. Dosis à gtt. xv. *ad* xx.

§. 11. Ad Uterina Remedia porrò referuntur, quæ *Fœtum* in Utero existentem *corroborant*, atque Matricis texturam sive tonum fibrarum, pro eodem ad justum tempus retinendo & fovendo, confortant: quemadmodum existunt, quæ balsamico-volatilibus blandis particulis debitam sanguinis spirituositatem & crasin conservant, quæque leniter adstringentibus particulis suis nimiam fibrarum uterinarum laxitatem emendant, iisque firmitudinem necessariam conciliant; quæ tandem sanguinis nimiam acrimoniam oleoso-volatilem facileque turgescentem edulcorant, diluunt aut præcipitant. Hinc ad *Abortum præcavendum* è tali materiâ sequentes commendare solemus formulas:

℞. *Elix. uterin. Rolfinc.* ℥j.
Aq. Borragin. ℥iß.
Syr. Corallor. ℥ß.
Essent. Asæ fœtid. ʒj.
M. ad Vitr. Ac inde m. ac v. cochleare unum aut alterum sumatur.

Vel

Vel ℞. *Balsam. Embryon.* ℥j.
Aq. flor. Acac. ℥iß.
Plantag. ʒvj.
Elix. uterin. Mich. ℥ß.
Tinct. Corallor. ʒß.
M. ad Vitr. Et quotidie hinc duo cochlearia capiantur.

Vel ℞. *Aq. flor. Acac.*
Plantag.
Meliss.
Fœnicul. ana ʒvj.
Syr. Cydonior.
Corallor. ana ℥ß.
Bals. Embryon. ʒvj.
Unicorn. fossil.
Ebor. ppt. ana ʒß.
Ol. Nucist. expr. gr. vj.
Sacch. penid. ʒiß.
M. *ad Vitr.* Sumatur subinde per cochlearia.

Vel ℞. *Aqu. cardiac. officin.*
Burs. pastor.
Lactuc. ana ℥j.
Cinam. cydoniat. ℥ß.
Syr. Rub. idæi ʒvj.
Elix. uterin. Croll. ʒiij.
Diaphor. martial.
Corall. rubr. ppt.
Matr. Perl. ppt. ana ℈j.
Rot. Man. Chr. simpl. ʒij.
M. ad Vitr.. Detur cochleatim.

Vel ℞. *Conserv. Ros. rubr.*
Bugloss. ana ℥j.
Nuc. mosch. condit. ʒij.
Confect. Hyacinth. ʒiß.

Bol.

Bol. Armen. ppt.
C. C. ph. ppt.
Succin. alb. ppt. ana ℈j.
Syr. flor. Tunic. q. s.

M. F. Electuar. dosi nucistæ magnitudinis ter vel quater indies sumendum.

Vel ℞. *Conserv. flor. Borrag.*
Rosar. rubr.
Anth. ana ℥ß.
Condit. Nuc. mosch. ʒij.
Cortic. Citr. ʒiß.
Confect. Alkerm. incompl. ℈ij.
Diaphor. jovial.
Unicorn. fossil.
Corall. rubr. ppt.
Ebor. ppt. ana ℈j.
Syr. de Plantag. q. s.

F. Mixtura ad formam Opiatæ, capiendæ ut suprà.

Vel ℞. *Spec. dianth.*
diatrion santal. ana ʒj.
Ocul. 69. ppt.
Matr. Perl. ppt.
Corall. rubr. ppt.
Diaphor. martial. ana ʒß.
Sacch. albiss. ℥iß.

M. F. Trag. subt. cochleatim subinde cum frusto Panis tosto ac Vino macerato capienda.

§. 12. *Bilioso sanguineis* complexionibus præter *Venæsectionem* reiteratam, *Acidularum* potus convenit. Neque enim adeo ab hoc potu sibi metuendum, quemadmodum nonnulli tradiderunt, quippe plurimis exemplis contrarium testantibus. *Pro bilioso-sanguineis.*

§. 13. Denique his subnectenda sunt *antihysterica* Remedia, quæ in specie *Passionibus hystericis, spas-*

ſpaſmodicis, ſive *uterinis Suffocationibus* ita dictis mederi, easque profligare apta nata ſunt; quemadmodum ex ſuprà deſcriptà materiâ ſpecificè heic quadrant *Aquæ deſtillatæ* ſimplices *Matricariæ, Menthæ, Pulegii, Meliſſ. Aneth. Abroton. Marrub. alb. Fœnicul. Leviſtici*, &c. & compoſitæ, v. gr. *Aqua apoplectica amara, hyſteric. Danj. Ludovici, Amſtelodamens. Zwelferi, Burneti, Timæi à Guld. Sennerti, Mynſichti, Poterii, Crollii, de Spinâ, Aqua Vitæ Mulierum cum Caſtor. Balſamus Embryon. Elixir uterinum Crollii, Rolfincii, Mœbii, Wedelii, propr. Claud. Eſſentiæ Succini, Caſtorei, Aſæ fœtid. Myrrh. Cortic. Aurantior. Tinctura Caſtor. cum Spiritu Salis arm. par. Liquor C. C. ſuccinatus. Spiritus theriacalis camphoratus & crocatus, Cerotum de Galbano, Emplaſtrum de Tacamachac. Abdomini imponendum*, Olea *Anethi, Abſynth. Menth. Abroton. Jovis, Momordic. Keiri, Laurinum*, Olea item deſtillata *Succini, Corn. Cerv. fœt. Oleum Tart. fœtid. Chamomill. Abſynth. Rutæ, Lavendul. Axungia Caſtorei, Vulpis, Caſtoreum, Teſticuli Vulpis, Aſa fœtida, indeque formata Pila pro Naribus*, Extracta *Caſtorei, Croci, Abſynthii, Splenis Bovis, Marrubii albi, Laudanum hyſteric. Pilulæ de Succino, de Caſtoreo, Aſâ fœtidâ, Salia volatilia C. Cerv. Eboris, Cornu bovini* &c. ad nares, *Suffumigia ex Succin. Thure, Myrrh. Pennis Perdicum, Corio antiquo, Capillis Capitis, Axungia Caſtorei, Vulpis*, &c. Formulis utimur ſequentibus, aut ſimilibus.

℞. *Aqu. Pulegii*
Meliſſ.
Card. bened. ana ℥j.
Syrup. de Abſynth. ʒvj.
Eſſent. Caſtor. ʒß.
Elix. Menth. vel Meliſſ. ℥ß.
M. ad Vitr. Sumatur cochleatim ſæpius.

Vel

Vel ℞. *Aqu. Menth. Matricar.*
Fœnic. Levist. ana ℥vj.
Elect. Diascord. Frac. ℥j.
Tinct. Cast. cum Spir. Sal. arm. par. ℈j.
Elix. propr. Claud ℈ij.
Syrup. de Stœchad. ℥j.
Misc. d. ad Vitr. Hauriatur per cochlearia.

Vel ℞. *Aqu. Aneth. Abrot.*
Artemis. Chamomill.
Marrub.
Syrup. byzantin. ana ℥vj.
Ol. stillat. Cumin. gutt. iv.
Succin. gutt. iij.
Sacch. penid. ℥ij.
Misc. d. ad Vitr. Sumatur cochleatim.

Vel ℞. *Aqu. Borrag.* ℥ij.
Fœnic. ℥j.
Vitæ Mulier cum Castor. ℥vj.
Extract. Splen. Bov.
Croc. ana ℈j.
Sacch. cand. alb. ℥ij.
M. ad Vitr. Sumatur cochleatim in paroxysmo hysterico.

Vel ℞. *Extract. Absynth.*
Laudan. hysteric. ana ℈j.
Cum Ol. still. Carv. f. Pilulæ numer. xx.
Inaur. d. ad scat. Sumantur quinque pro dosi singulis tribus vel quatuor horis.

Vel ℞. *Essent. Succin.* ℥iß.
Castor. ℥j.
M. ad Vitr. Dosis 12. ad 18. pluresve guttas, singulis trihoriis cum Aquâ Card. bened. sumend.

Vel ℞. *Essent. Artemis.*
Absynth. ana ℥j.

Elix. propr. Claud. ℈ij.
Misc. d. ad Vitr. Dosis quotidie aliquoties guttæ 15. ad 20. cum Mixturâ Aquarum congruâ.
Vel ℞. *Spirit. theriacal. aut*
Vini camphor. ℥j.
Aqu. Ulmar.
Meliss. ana ℥iß.
Essent. Croc. ʒj.
Sacch. penid. ℥ß.
Misc. detur ad Vitr. Sumatur cochleatim.

CAPUT XXX.

De Medicamentis Antarthriticis.

§. 1.

Definitio. Antarthritica, *Arthritica* vel *Articularia* Remedia dicimus ea, quæ motum Articulorum abolitum vel imminutum, difficilem, ac dolorosum redditum, pristinæ libertati restituere valent. Cùm verò motus in Articulis præstetur ope tendinum ac musculorum, certo fibrarum nervearum tono gaudentium, spirituumque nunc parciore nunc copiosiore influxu expansorum, consequens est, motum eundem facilè hebetari, quandocunque materia quædam aut humor acris, intra tendinum fibras collectus, vel rodendo tubulorum contractionem simulque dolorem efficit, vel comprimendo, spirituum animalium influxum sufficientem sive debitum impedit.

Materia antarthriticorum. §. 2. Materia itaque Medicamentorum *Antarthriticorum* unicè propemodum è Tabulâ *Cephalicorum*, *Nervinorum* & *Antiscorbuticorum*, erit petenda, indeque præcipuè seligenda ea, quæ blando sale volatili balsamico Massam sanguineam (in arthri-